Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26108
Copyright: Admont, Benediktinerstift



220

satient. Hanc cenam uchoni sic exponit; omni tempore come
dit ecclia carnes inimicorum suorum dum comedit ab eis. Sanabit
autem in resurrectione. de eorum carnali ope undicata.
Et uidi angelum descendentem de celo habentem clauem abyssi.
et catenam magnam in manu sua. Recapitulans aborigine
plenius exponit quomodo supra dixerit. Bestia quam uidisti
fuit et non est. et ascensura est de abysso. et in interitum ibit. Dnus
paterna potestate descendit in carnem. cum principe
mundi bella gesturus. atque illo ligato. uasa eius erepturus.
Et apprehendit draconem serpentem antiquum qui est diabolus et
satanas. Diabolus deorsum fluens interpretatur. grece autem dis
criminator. Satan aduersari siue praeuaricator. draco propter
nocendi malicia. serpens propter fallendi astutia. diabolus
propter status sui casum. satan propter obstinationem domino aduersan
di nominatur. Et ligauit eum annos mille. idem et potesta
tem aseducendis hominibus quos liberandi fuerant cohibens
refrenauit. quasi tota uia ut fraude permitteret exercere.
Mirum longo tempore plurimos infirmos decipere.
Mille annos diuine partem idem reliquias mille annos seru
diei. in quo natus est dnus et passus est. Et misit eum in abyssum. ut
non corda uniuscuiusque populi persecutoris. non quia ibi diabolus ante
non erat. sed quia exclusis credentibus amplius cepit impios
possidere. qui non solum alienant ad dominum. uerum etiam gratis odi
unt seruientes domino. quos dnus uisibiliter ostendit. cum eum de
hominibus in porcos excludere. Et clausit et signauit super
illum. ne seducat amplius gentes. Inmittit et uelut regali
signaculo pecclusit. ne seducat gentes. sed quia inuita destinatur